



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 13. Quibus modis mortificandæ sint huiusmodi passiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

410' II. PARS TRACTATUS

cedentes animæ suæ perniciem affe-
runt, & malè ædificant proximos.
Deum graviter offendunt, imò & con-
ponis sanitatem, si sinant passionem
augescere, lædunt, ut liquet experien-
tia. Quare concludo sedulam passio-
num mortificationem, plurimum ne-
lere ad conservandam animæ corpo-
risque incolumitatem, ad extirpan-
dam tyrannicam vitio:um servitu-
tem, ac denique ad veram & solidam
pacem internam externamque ob-
nendam.

C A P V T XIII.

*Qua ratione mortificanda sint pas-
siones existentes in parte hominis
serficia.*

EXijs quæ superius dicta sunt
de modo mortificandi ar-
tem propriam & voluntatem
propriam facile liquet, quemadmo-
dum sint mortificandæ passiones.
Ecce enim aliquandò fieri possit, ut
villo respectu ad passiones peccati
propria voluntate, ut cum peccati
mera malitia, tamè omnes ferè passiones
voluntatem

DE MORTIF. VOLVNT. 419

velutatis nostræ actiones originè habent ab aliqua passione non mortificata in ijs qui seruire Deo cæperunt. Quare breuiter de mortificatione passionum agemus. Passio amoris, quæ *Passio a-* prima omnium est, & desiderij, quæ *desiderij* secunda est, inordinatæ sunt. Primò, *Desiderij* quando homo amat vel desiderat, quæ natura sua cum diuina lege pugnant. ut est iniuste detinere rem alienam, alterius coniuge abuti, &c. In quo genere non opus est diu dispicere quid agendum sit: constat enim pœnitentia talia esse corrigenda. ab ijs qui nondum adiuuante diuina gratia viam pulcherrimam obseruationis mandatorum Dei inire cæperunt. Secundò inordinatæ sunt, quando homo amat vel expetit, non quidem res suapte natura malas, sed superuacaneas, & idcirco culpe obnoxias, vt opes, domos, hortos, vestium molliem, victus delicias, aliaque quæ non conueniunt homini humilitatis aliarumque virtutum Christianarum studio. Tertiò inordinatæ sunt, quando homo amat & desiderat necessaria, non ob necessitatem, sed voluptatem, aut si ob-

T 3 neces.

Aug. de uenecessitate quidem, amet ta
ta religion. immodico affectu. Hoc autem,
 s. 48. *ite S. Augustino, & Beato Gregorio*
Greg. l. 31. argumentum est aliquem affectu
mor. c. 8. ordinato amoris vel desiderij in re
 cessarias ferri, quando ijs desiderij
 magno perè affligitur: si enim illa prop
 ter Deum amasset, cum à manu eius
 dem Dei profectum sit, quod illis sit
 exurus, voluntatem suam cum diu
 na conformasset. Has inordinationes
 mortificare debet homo, ea ratione
 qua diximus mortificandū amorem
 proprium, non desiderandū nisi ea qu
 bus agrè carere possumus, idq; non
 ad nos solandos, sed ad satifaciendū
 necessitati, & diuinæ ordinationi, que
 ita voluit, ac ex parte nostra optando
 viuere sine vlla delectatione corporali
 si eam Deus non concessisset. Itaque
 quando Deo sic visum fuerit, etiam in
 morem parentum, filiorum, vxoris,
 amicorum, & aliorū non secus, quā a
 liarū rerū temporalū, exuere, & par
 tum esse, quando casus ita tulerit, illi
 omnes pro Christo deserere.

Delectationis.

PASSIO delectationis & gaudij inordinata est, quando homo oblectatur

& gaudet in rerum temporalium vsu
 & successu, non quia vsus ille necessa-
 rius, vel animæ proficiuus est ad carita-
 tem promouendam, alium uic virtu-
 tis finem obtinendum, sed quia vo-
 luptatem quandam affert naturæ con-
 uenientem: vt si quis oblectetur spe-
 ctandis ludis, & comædijs, non ob
 commodum, quod inde prouenit,
 sed ob voluptatem solam, quam spe-
 ctando capit. Item, si quoniam mag-
 num fecit quæstum in negotiatione,
 aut hæreditas obuēnit copiosa, vel mu-
 nus publicum valdè fructuosum na-
 ctus est, de ijs gaudet, non quòd com-
 modare queant salutem animæ suæ, vel
 aliorum, aut quòd necessitati multo-
 rum possit eorū ope succurrere, sed tã-
 tum quia magnâ ex eo euētū capit cõ-
 solationē. Idē est in alijs rebus ordina-
 rijs, vt si quis lætetur ob victū vel ve-
 stitum, ob donum egregiū acceptū, ob
 laudes ab alijs auditas, & alia similia
 carni placencia, tantum quia volupta-
 te aliquâ ista afferunt, nullo alio fine
 proposito virtuti cõsētaneo. hæc enim
 gētia inordinata est, ratione q; ac spi-
 ritu mortificāda, vt scilicet ea nō expe-

rat, nisi necessitatis vel utilitatis nomine, quæ in animâ ipsius vel proximo dūdet. Quæ doctrina liquidò colligitur ex eo, quod alibi dictū est, a bonis adiaphoris, quæ per se nec bona nec malæ sunt, bonum finem esse constitutendum, ut virtutum laudem obtineant.

Tristitia.

Quæ dicta sunt de passione gaudij, similiter intelligenda sunt de passione tristitiæ. Videamus ergo quid sit tristitia inordinata à nobis mortificanda. Quando ob iacturam rerum temporalium factam, aliæ uel incommoda accepta in victu, vestitu, habitatione, parentibus, amicis animo detrimimur, non quia inde grauius offensus sit Deus, aut quia detrimentum aliquod nostræ proximorumque salutis & profectui accesserit, sed quod consolatio aliqua nobis adempta sit, cuius tristitia inordinata laboramus, quæ constituta est sine veræ virtutis. Quare ratione mortificare & corrigere hanc passionem tenemur, quod fiet, si eam rationem quam de manu Dei pro expiatione peccatorum nostrorum suscipimus.

DE MORTIF. VOLVNT. 475

Timoris
TIMOR quoque vanus & inordinatus est, quando homo reformidat aut corporis & fortunæ damna, aut excidere à gratia & benevolentia hominum, non quòd timeat Deum offendere, aut alio nocumento spirituali suam vel aliorum animam afficere, sed tantum, quia horret damni temporalis grauitatem. Qui timor sic mortificandus est, vt se homo pròptum offerat ad omnia damna fortiter perferenda, quæ Deus immiserit & permiserit. Sunt & alij timores inordinati, quibus homo plus æ quo terretur rebus alterius vitæ, vt spectris, vmbriis, apparitionibus spirituum, & idcirco non audet solus degere in domo aliqua, aut solus in tenebris iter carpere. Hi timores mortificandi sunt actionibus contrarijs, vt transeundo per locum spectris obnoxium, & orationibus pijsq; meditationibus vacando.

Ira
IRÆ passio non solum inordinata in nobis est, quando exposcimus vindictam, aut verbis contumeliosis alios inuadimus, sed etiam quando nulla voce emissa, aut signo dato in nobis ipsis turbamur, aut in proximū

T 3 com-

commouemur ob defectus in illis
 maduersos, atq; ita animo ab eodem
 abalienamur, & in corde illum iudicamus,
 ac vilipendimus. Hæc ira mortificanda
 est eleuando cor ad Deum, & à misericordi
 eius manu recipiendo penam, quã ira nobis
 attulit, auxiliãque implorãdo quo fuditus
 compematur, vt diximus alibi de remedio
 ad acquirẽdã patientiã cõmemoratus.

Indignationis.

INDIGNATIO in proximum, orta ex
 cõsideratione defectuũ eius, mortificanda
 est, compatiendo illi, & lapsus excusãdo,
 quoad fieri potest: cogitãdo itẽ & in
 conspectu Dei agnoscẽdo nos multò deterio-
 ra perpetrãturus fuisse, nisi diuina manu
 conseruati fuisset. VERVM hic aduertendum
 est, has passionum inordinationes non
 semper esse peccata in voluntate, nisi
 voluntas illas optet, acceptet, vel nõ re-
 frænet & mortificet, sicut oportet: sin-
 verò aduigilans statim repudiet & tra-
 ctioni subijciat, tum licet earum com-
 motionem sentiat in parte sensitiua,
 vt loquitur Apostolus, rea nõ fit dam-
 nationis, imò virtutes earumq; meri-
 tum sibi cumulat, & gloriam auget in
 celo.

Rom. 7. et 8.

DE MORTIF. VOLVNT. 417

caelo. Quare seruo De non debet vi-
deri superuacanea hæc subtilior de
passionibus tractatio, quoniam pro-
gressus magnos in amore Dei, omni-
que virtutum laude facere potest, qui
in mortificandis animi perturbationi-
bus egregiè se exercitârît. Quod si cui-
quam non admodû aridet hoc mor-
tificandarum passionum studium,
non est tamen infructuosum hæc do-
ctrinam habere perspectam, vt cum
Deus menti desiderium tale inieci-
rit, facilius & prôptius amplectatur.
Nec verò modus mortificandæ, ver-
bi causa, iræ, quod aliquis suspicari
posset, impedit superiores, quo mi-
nus sibi subiectos: cum opus est, cor-
rigere vel castigare possint, sed iuuat,
vt moderatè, ac debito fine, atque
etiam merito corrigentis & correcti
fiat. Nec item mortificatio indig-
nationis contra proximum, vt tat, ne
indignemur contra crimina & nox-
as peccantium, sed temperat cor-
nostrum vt sic indignemur in defe-
ctus, vt tamen non dimoueamur ab
amore personæ peccâtis. *Vera enim hom. 34 in*
justitia, inquit Beatus GREGORIUS, Euang.

T 6

com.

LIB. II. PARS TRACTATUS
compassionem habet, non indignatio-
nem.

CAPVT XIV.

De mortificatione sensuum exte-
riorum.

POST mortificationem propriae vo-
luntatis, quae inest parti anima
spirituali, & passionum inheren-
tium parti sensitivae interiori, congrue
ens est, ut deinceps tractemus de mor-
tificatione sensuum exteriorum, quae
non perutilis solum, sed etiam neces-
saria est homini verae virtutis studio.
Propria siquidem voluntas, passio-
nesque per ipsos sensus externos visi-
di, audiendi, odorandi, gustandi & ta-
gendi pravae suas inclinationes & mo-
tus exercent: unde fit, ut mortificatis
sensibus, mortificetur quoque propria
voluntas, quae illos regit: passiones in-
teriores quae sensuum actione
produntur, & complentur. Deinde
sensus sunt quasi ianuae & fenestrae,
per quas in animam aditum habent
cogitationes & imaginationes vanae
& peruersae, quae accendunt & exci-
tant